VIII B20/11

Caplo. xlviii.

clamabit confessionem deo. Non demorandum cum impiis.
Non demoreris in errore impiorum. Ante
mortem confitere. A mortuo quasi ni
chil perit. confiteberis uiuens. Viuus
et sanus confiteberis et laudabis deum.
et gloriaberis in miserationibus illius.
Quam magna misericordia dei. et propitiatio il
lius conuertentibus ad se. Nec enim omnia
possunt esse in hominibus. quoniam non est im
mortalis filius hominis. et in uanitate
malitie placuerunt. Quid lucidius sole.
et hic deficiet. Aut quid nequius quod ex co
gitauit caro et sanguis. et hoc arguetur.
Virtutem altitudinis celi ipse conspicit.
et omnes homines terra et cinis. Qui
uiuit in eternum. omnia creauit simul
xviii Deus solus iustificabitur. et manet inuic
tus rex in eternum. Quis sufficiet enar
rare opera illius. Quis enim inuestiga
bit magnalia illius. Virtutem autem
magnitudinis eius quis enuntiabit.
et quis adiciet enarrare misericordiam eius.
Non est minuere neque adicere. nec est inue
nire magnalia dei. Cum consummauerit
homo tunc incipit. et cum quieuerit.
operabitur. Quid est homo. et que gratia illius.
et quid bonum. aut quid nequam illius.
Numerus dierum hominum. ut multum
centum anni. Quasi gutte aque maris
deputati sunt. et sicut harene calculus.
sic exigui anni in die eui. Propter hoc
patiens est deus in illis. et effundet super
eos misericordiam suam. Vidit presumptio
nem cordis illorum. quoniam mala est.
et cognouit subuersionem illorum quoniam
nequam est. Ideo adimpleuit propitiatio
nem suam in illis. et ostendit illis uiam
equitatis. Miseratio hominis circa proxi
mum suum. misericordia autem dei super
omnem carnem. Qui misericordiam habet
et docet erudit. quasi pastor gregem
suum misereatur excipientis doctri
nam miserationis. et qui festinat in iu
diciis suis. Fili in bonis non des Caplo. xlix.
querelam. et in omni dato non des tristi
ciam uerbi mali. Nonne ardorem refri
gerabit ros. sic et uerbum melius quam
datum. Nonne ecce uerbum. super da
tum bonum. et utraque cum homine
iustificato. Stultus acriter improperabit.
et datum indisciplinati tabescere facit
oculos. Ante iudicium para iusticiam tibi.
et ante quam loquaris disce. Ante lan
guorem adhibe medicinam. et ante iu
dicium interroga teipsum. et in cons
pectu dei inuenies propitiationem. Ante lan
guorem humilia te. et in tempore in
firmitatis ostende conuersationem tuam.
Non impediaris orare semper. et non uerea
ris usque ad mortem iustificari. quoniam
merces dei manet in eternum. Ante
orationem prepara animam tuam.
et noli esse quasi homo qui temptat
dominum. Memento ire in die consummatio
nis. et tempus retributionis in conuer
satione facies. Memento paupertatis
in tempore habundantie. et necessita
tem paupertatis in die diuitiarum. A ma
ne usque ad uesperum immutabitur tem
pus. et hec omnia citata in oculis dei.
Homo sapiens in omnibus metuit. et
in diebus delictorum attendet ab inertia.
Omnis astutus agnoscit sapientiam. et
inuenienti eam dabit confessionem. Sen
sati in uerbis et ipsi sapienter egerunt
et intellexerunt ueritatem et iusticiam.
et implorauerunt prouerbia. et iudicia.
Post concupiscentias tuas non eas. Caplo. L.
et a uoluntate tua auertere. Si prestes De continentia anime
tes anime tue concupiscentias eius.